nomine dei nostri magnificabimur. Impleat
dominus omnes petitiones tuas: nunc cog
novi quoniam salvum fecit dominus christum
suum. Exaudiet illum de celo sancto suo: in
potentatibus salus dextere eius. Hi in cur
ribus et hii in equis: nos autem in nomine
dei nostri invocabimus. Ipsi obligati sunt
et ceciderunt: nos autem surreximus et e
recti sumus. Domine salvum fac regem:
et exaudi nos in die qua invocaverimus te.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut
erat in principio et nunc et semper: et in se
cula seculorum amen.

Domine in virtute tua letabitur rex: et
super salutare tuum exultabit vehemen
ter. Desiderium cordis eius tribuisti ei:
et voluntate labiorum eius non fraudasti
eum. Quoniam prevenisti eum in be
nedictionibus dulcedinis: posuisti in ca
pite eius coronam de lapide precioso. Vitam
petiit a te et tribuisti ei longitudinem di
erum in seculum: et in seculum seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo:
gloriam et magnum decorem impones super eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum
seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

[illegible]
[illegible]